



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium**

**Brusch, Kaspar**

**Nürnberg, 1682**

Renato Henero, Lindaviensi, medicinarum studioso juveni in Academia  
Tubingensi, Sal.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38166**

Inter odoriferos flores laurumque virentem.  
 Ite igitur nunc, ite & adornate omnia recte,  
 Et perfecta ad me deferte: ita convenimus  
 Unanimes cum munere nostro in praesulis illa  
 Arcem novi, quae Martis adhuc cognomine gaudet.  
 Illic caetera dexterius faciemus, & apto  
 Ordine cuncta, ipso coram almo Antistite, qui nos  
 Audiet & placida semper pietate fovebit.  
 Haec Metzler, haec sunt, praesul doctissime, amica  
 Colloquia Aeronii senioris cum reverendis  
 Natabus pulchrisque suis, gratantis honori  
 Huic, Princeps reverende tuo, quem numina Coeli  
 Ut faveant tibi sacra diu, teque omnibus ornent  
 Fortunis & prosperitatibus, incolumemque  
 Te servare diu nobis dignentur, amanter  
 Oremus Patremque Deum, Gnatumque perennem  
 Atque ab utroque Deo procedens Numen, ab alto  
 Aethere quod cunctis est consolatio sanctis.  
 Interim & hoc schediafma meum, Doctissime princeps,  
 Accipe elementer, quod si non invenis illic  
 Thura Sabaea tuas posita atque incensa per aras:  
 Crede preces tamen esse haud falso e corde profectas.  
 Has quia Coelorum contemnunt Numina nusquam,  
 Tu numen quoque facte preces contemnere noli,  
 Ad tua quas ferimus castis altaria palmis.  
 Sic spudafina aliquando bonum (si vixero) de te  
 De meritisque tuis, duce Phaebo & Pallade, condam  
 Quod te, quodque tuos venturis praedicet annis.

Mersu-  
burgi.

Epilogu  
per Apo-  
strophem.

*Renato Henero, Lindaviensi, medicinarum stu-  
dioso juveni in Academia Tubingensi, Sal.*

Lætitiâ Christi meritis & numine partam,  
 Præter & hunc ipsum quam dare nemo potest:

Uuuu

Ag

Ac cessaturam nulla unquam ætate salutem,  
 Quæ nihil admixtum pestilitatis habet.  
 Quam coram viva mallet tibi dicere voce,  
 Ingenuo dextris fædere utrinque datis.  
 Hanc ego Pirithous tibi, mi Charissime Theſeu,  
 Per longas istas mitto, Renate manus.  
 Non ab Hyperboreis Moscorum finibus, ad quos  
 Me licet accitum noluit ire Deus,  
 Nec de Piniferi sublimi vertice Montis,  
 A quo non procul est patria chara mihi :  
 Sed Doctoris Heneri è sacris ædibus, atque  
 Ex dulci patria chare Renate tua:  
 Quàm Lacus Acronius tumidis circumsonat undis,  
 Ac pulchre quovis munit ab hoste truci.  
 Sed quæris fortasse, quis has me ventus ad oras  
 Appulerit vestras, dum fera durat hiems?  
 Non equidem ludi pueriles ambio fascēs,  
 Nec tenet hæc animum vana cupido meum.  
 Gaudeat his alius (facili me corde ferente)  
 Delitiis, fato qui meliore caret.  
 Ipse valedixi dudum, dicamque perenne  
 Talibus ærumnis pulveribusque vale.  
 Historiæ studium, & nuper liber æditus, & quod  
 Nunc de Præfulibus scribere conor opus:  
 Id dulci è patria per Rheni totius omnes  
 Præclaras urbes me rapit atque trahit.  
 Ille verustatis celebrandæ amor altus, amicum  
 Huc ab Agrippina pertulit urbe tuum.  
 Jamque tenes causamque viæ adventusque inopinæ  
 Ad pulchræ Philyres mœnia læta, mei:  
 Nunc quid in hoc cursu præclarum viderim ubiq;  
 Accipe, jucundum id nam ibi forsân erit.  
 Tu quoque (si bene te novi) vis multa videre:  
 Multorum mœres, oppida, regna, lacus.

Ergo

Litera  
 longa ma-  
 num...

Ex Lindia-  
 zie-

& Colonia-

Birkhoff

Chronolog.  
 Monasterio  
 van Gennep  
 S. III

Ergo hoc rursus iter mecum decurre, Renate,  
 Quod sex decursum est mansibus omne mihi.  
 Sub finem Augusti, in patria Cunigunde relicto  
 Coniuge, cum famulo Norica castra peto.  
 Inde per Herbipolim, perque omnia Francidos ora  
 Oppida, Francfurtum venimus usque citi.  
 Herbipoli excepit me splendide Episcopus, atque  
 Convivam mensæ jussit adesse suæ.  
 Ipse Moguntinus Cinerum quoque Præsul in urbe  
 Est multa amplexus me bonitate, meus.  
 Præsul uterque à me cantatus carmine, in orbem  
 Vulgato, clemens munera larga dedit.  
 Francfurti navim conscendens, lætior inde  
 Usque ad Agrippinæ devehor urbis opes.  
 In cursu hoc multas præclaras vidimus urbes,  
 Nempe Moguntinæ pulchra Lycea scholæ,  
 Murum à turri sita non procul ardua Bingæ  
 Mœnia, quæ Druso fata tulere Duci:  
 Namque ibi lapsus equo, cum crus fregisset, in armis  
 Occubuit natus, Livia pulchra, tuus.  
 Cujus adhuc hodie monumenta & busta videntur,  
 Quo Mœnus Rheno confluit ipse loco.  
 Post Bingam, Bacchi & Cuborum vidimus ipsos  
 Vitiferos colle parte ab utraq; sitos.  
 Trajanique domum, Castrum Goarisque vetustum,  
 Et Lani, Chattos prætereuntis, aquas.  
 Vesaliamque bonæ Mammææ corpus habentem:  
 Mater Alexandri Cæsaris illa fuit.  
 Quin Bodebrigam etiam & tectum prænobile Regū  
 Sub Sancti Petri divite monte situm.  
 Quin populosam urbem, quæ à Rheni alti; Mosellæ  
 Confluxu nomen fertur habere suum.  
 E cujus regione est Arx fortissima in alto  
 Monte sita: hæc magnum nunc quoque numen alit,  
 Uuuu z Pontii-

Anno Chri.  
 1549.

Ashrud  
 burgi.

Coloniam

Mensæ

Bingen.

Bacharach  
 Cub.

Drechshu-  
 sen.

S. Guyer.  
 Oberwesel.

Poppart.  
 Kharigs

Sal unter  
 dem Peter-  
 nachher.

Coblenz.  
 Ehren-  
 preiſtoin.

Pontificem Trevirorum, quo clementior alter  
 Est Musis toto vix etiam orbe bonis:  
 Ille meam argento crumenam farisit & auro,  
 Ad Treverimque dedit publica scripta suam.  
 Jussit & ostendi cunctas ibi Bibliothecas,  
 Quicquid & antiquum urbs illa celebris habet.  
 Namque Moguntinis ut scripsi Chronica nuper  
 De priscais patribus, Præfulibusque viris:  
 Sic Ubios, sic & Treverenses post breve tempus  
 Pontifices calamo non moriente canam.  
 Ex Trevirorum urbe à populo, quæ Conflua fertur  
 Per Rhenum inceptam currere pergo viam.  
 Atque Andernaci præclaræ & nobilis urbis  
 Ardua navigio mœnia prætereo,  
 Inde suas nobis turres ostendit opesque,  
 Templâ Deosque omnes Bonna superba suos.  
 Quâ fugiente retro mox pulchra Colonia nobis  
 Sese aperit, priscais tota referta Diis.  
 Hujus ego ornamenta ibi si dicere vellem,  
 Tecta, domos, arces, mœnia, templâ, Scholamque  
 Vitiferos hortos intra urbem, ad sidera turres  
 Eductas, doctos magnanimosque viros:  
 Et vix credibili forma vultuque puellas  
 Præstantes, quas tu dixeris esse Deas,  
 Tempera deficerent quàm res prius: Ilias atque  
 Instituenda mihi jam nova, Henere, foret.  
 Si tamen hanc vistoram in imagine cernere parva  
 Perlege quæso altâ mente poema pium:  
 Quo celebravit eam præclaram *Bruschius* urbem,  
 Ingens occidua gloria Saxoniam.  
 Huic super adde, tuus qua mox quoque *Bruschius* edet  
 De priscais templis omnibus atque Scholis:  
 Et de Præfulibus, quos unquam Teutonis ora  
 Illustres habuit patria nostra viros.

Hac

Bruschius

Chronolog.  
 Monasterii  
 van Gerven  
 S. III

Ex consu-  
 entibus An-  
 dernach.

Bonna.

Colonia.

Hermannus  
 Bruschius.

Hac non urbe procul, reverendi vidimus ora  
 Præfulis Hermannii, qui decus urbis erat.  
 Nunc ob Pontificum mutatam religionem  
 Pulsus, fert casum fortiter ipse suum.  
 Ipse equidem clemens studiosis omnibus, Urbs quos  
 Ornavit Musis Vitenoberga bonis:  
 Et me colloquio non tantum, sed quoque Mensa  
 Dignatus miro est vautor amore sua.  
 Post Urbios tandem ad Trevirorum venimus urbem,  
 Inde & Augustam magnificamque Metin.  
 Centum hæc templa vetusta, antiqua Palatia Regum  
 Exhibuere oculis conspicienda meis.  
 Omnia regali constructa, ornataque sumtu  
 Utque antiqua, bonis sic quoque plena libris.  
 Inde & Vangionum, Nemetumque accessimus urbes,  
 Tangentesque harum Sidera pene domos.  
 Heidelbergæ mihi est & eodem hoc tempore visa:  
 Alluit hanc etiam Neccarus ille scholam,  
 Qui præterfluit ingeniosæ docta Tubingæ  
 Mœnia, quondam etiam mœnia chara mihi.  
 O quoties illuc te, chare Renate, videre  
 Percupii, primum patris amore tui:  
 Tum quod discipulus nunquam mihi contigit usus,  
 Qui te vel studio, aut vicerit ingenio.  
 Qui tanta amplexus fuerit pietate magistrum,  
 Et tam non ficta religione suum.  
 Hinc ego non falso te prosequor ipse favore,  
 Quam mihi chara diu vita superstes erit.  
 Tam veneranda diu pro te quoque fata precabor,  
 Ut faveant ceptis omnibus illa tuis.  
 Ex Heidelbergæ & Spirensis mœnibus urbis  
 Mox Argentinae ad mœnia præpes eo.  
 Hac ego Margariden (quam conjugis esse sororem  
 Scis) atque affinent reperi in urbe meum,

Hermannig  
 à Weda,  
 Archiepi-  
 scopus Co-  
 loniensis.

Trier,  
 Mez,

Worms,  
 Speir, Hei-  
 delberg,  
 Tubingæ

Strasburgæ

Uuuu 3

Innu-

Innumerosque bonos fautores atque sodales  
 Tempora cum quibus hæc læta fuere mihi.  
 Postea & Alfatias accessi ex urbe Tabernas,  
 Præsul ubi clemens aureo dona dedit.  
 Ille coronavit loculum non ære, Coronis  
 Sed fulvis, quales Gallia dives h. bet.  
 Hinc Basilea mihi felici sidere visa est,  
 Urbs peramæna bonis atque referta viris.  
 Hic Hervagius, ipse Frobenius atque Oporinus  
 Sæpe invitarunt me comitemque meum:  
 Munsterusque meus, qui nunc sua scripta recudit:  
 Quæ partes omnes totius Orbis habent.  
 Tantem cum læto me Schaffhusiana corona  
 Hospitio accepit rursus, ut ante, suo:  
 Per Cellam cœpi per & Ueberlingica rura  
 Perque Marisburgum sumere rursus iter.  
 Buchornam versus, conscensis navibus, unde  
 Ad patriæ veni dulcia tecta tuæ:  
 Ad pulchram Philyren, quâ non præstantior ulla  
 Accolit Acronium nympha profecto Lacum.  
 Illic non Piperis tectum deformis avarum,  
 Sed patris subii limina sacra tui.  
 Hoc absente parens tua quàm tractaverit omni  
 Me pietate, brevis charta referre nequit.  
 Mox tantem ancilla missa accersivit & ipsum,  
 Qui me non secus ac numen habebat ovans.  
 Vixi cum genitore tuo, cum matre pudica  
 Per totos Soles, chare Renate, decem.  
 Nam famulum Andream Ræthorum miseram ad urbem,  
 Pontificemque novum, CHURA vetusta, tuum,  
 Ergo expectandum tantisper, ut ille rediret:  
 Omnibus effectis rebus, in urbe fuit.  
 Interea cum patre tuo Thettningion, ipsos  
 Sum læta ad Comites mente profectus eques,

Qui

Elfas Zæ-  
bern.

Basela

Schaffhaus-  
sen.  
Cellam  
untersee.  
Ueberling-  
Morsen-  
burg.  
Buchorn.  
Lindaw.  
Pfefferlini

Chur.

Thettning,  
oppidum  
Comitum  
Montia  
Fortis.

Basilienſis

Chronolog.  
Monasterio  
vni. German.  
S. IIII

Qui nos exceperere omni clementer honore,  
 Munus & admoniti à patre dedere mihi.  
 Sæpe etiam Domino cum Pappa, cumque Erythræo,  
 Atque aliis doctis ex imiisque viris,  
 Francisco cum Wellero convivia multæ  
 Traduxi in noctis tempora lætus ego.  
 Sic totam seriemque viæ cursusque ita longi  
 Hac ætate mei, chare Renate, tenes.  
 Jam recta Augustam, jam recta ad Castra redibo  
 Norica & ad patriam Rege favente Deo.  
 Illic Pontificum vitas, & nomina prisca  
 Mوندabo æternis impiger ipse libris:  
 Et cœprum absolvam Christo aspirante laborem,  
 Qui vixisse olim me quoque, testis erit.  
 Tu veluti facis in medicorum perge, Renate,  
 Doctrinis sacris utilibusque libris.  
 Perge ut cœpisti, cœpisti at strenuus atque  
 Impiger: is quæso tempus in omne mane.  
 Sic quæ grata tuum nunc patria tota Parentem,  
 Ut magnum numen, diligit atque colit:  
 Hæc (si concepta spe non frustraberis illam)  
 Auspicio quoque te non leviole colet.  
 Maeste igitur virtute istac, & verus Henerus  
 Filius & claro tam patre dignus eris.  
 Maeste, Renate, & præceptorem ad sidera notum  
 (Rector enim est studiis Fuchsius ille tuis)  
 Maximus ingenio Leonhardus Fuchsius, olim  
 Ingenii fautor sumamus & ipse mei,  
 Hunc inquam sequere, hunc imitare, effinge, licetq;  
 Vinci non queat, at vincere quæso stude.  
 Hunc tu non secus ac magnum venerare Galenum:  
 Proximus huic tibi sit Scheckius ille meus.  
 Scheckius ætatis nostræ Plato vel Stagiritis,  
 Aut istis si quid doctius esse potest.

*Augsburg.*  
*Nürnberg.*

*D. Leon-*  
*hardus*  
*Fuchsius.*

*D. Jacobus*  
*Scheckius.*

His



His ex me placido si dixeris ore salutem,  
Exime gratum feceris ipse mihi.

*Idyllion de VVasserburgo.*

Est locus, Acronii sed dextro in littore Ponti,  
Dictus ab immensa undarum ipsa mole & abyfso  
Voce Hydropyrgon Græca castrum undique fractum  
Hugonis Comitæ de forti Montæ, Moreæ  
Principis ac Domini in Tetrnango, & ad inclyta Rupis  
Ruffæ castra & in Argoviana principis arce.  
Castrum inquam vastatum olim cum divite pago  
Nonnarum prope cornu, circumquaque Lyæo  
Vestitum: poterat magis apta dicere voce  
Bachipyrgon, ita est locus undique vitifer & tam  
Procreat omnino generosi munera vini.  
Temporibus prisca fuit hæc arx inclyta sedes  
Sacratæ Dominæ, quæ Dux, Regina parensque  
Virginei cætus erat ad Lindavica nostro  
Tempore (dum locus est mutatus) templa sedentis,  
Nam tum virgineus chorus hic habitabat eo ipso,  
Silvestri umbrosoque loco, Nonnhornia quo nunc  
Villa jacet: medius vel qui est pagum inter utrumque,  
Quorum alter Nonnarum cornu dicitur, alter  
Fertur earundem Germano nomine rivus.  
Ac cum sacra Domus tandem monialium in ipsum  
Vastum esset translata Lacu, in quo nunc quoque pulchre  
Cernitur esse sita, immenso circumdata Ponto:  
Contiguisque ornata & multis ædibus altis  
Turribus ac muro infestos arcentibus hostes:  
Tum fuit hæc arx cœnobii præstantibus ipsis  
Præfectis domus atque habitatio, & optima sedes,  
Donec eam Dominus quidam Kiselegkius emtam  
A Domina Abbatisa ad se pertraxit: is ipse  
Quingentis Marcis, elapsis pluribus annis,

Vendi-

*Bruckhij*

*Chronolog.*

*Monasterii*

*von Lindavica*

*S. IIII*

*Abbatissa  
Lindavien-  
sis.*

*Nunnen-  
horn.*

*Nunnen-  
bach.*

*In insulam  
Acronianam*